INSTRVMENTVM.

1067* Tegulam in museo Taurinensi mihi quoque visam inscriptam BONO ROME Varnius Lib. 2, 15 Libarnae attribuit; sed est potius originis urbanae.

1068* lucerna stilo scr. Taurinis in mus.

IVCλ
VI

Descripsi et damnavi.

1069* lucerna ad Osopum rep.

LVCRE†

Asquini *giard. suon.* tab. 1 f. 4 p. 6. Cf. supra n. 70*.

1070* lucerna Venetiis antea apud Molinum, nunc in mus. Marciano.

ab una parte:
L
MINVTI
COS
D

ab altera:
LATINVS

Descripsi et damnavi.

1071* falsa inscriptio lucernae genuinae repertae Libarnae addita ab antiquario Maggio [Genuae apud Varnium].

ΛVKOFO | ΓƎIAME

Descripsi.

1072* signaculum aeneum Venetiis [apud Varesium MUR. Hodie in mus. Marc.].

ꟼNESMↃ

Descripsi et suspectum iudicavi. Ed. Muratori ant. Ital. med. aevi diss. 35 p. 120.

1073* signaculum aeneum Asti apud notarium Maggiora-Vergano.

supra:
PACE

infra:
CIVS
VRBI

Descripsi et damnavi.

1074* forma ferrea nummis cudendis destinata rep. in agro S. Danielis, deinde apud archiepiscopum Foroiuliensem CORT. Iam Venetiis in museo Correr LAZ.

C·CAES·AVG GERM . . . .
Gai protome ad d.

Cortenovis *lettera al Minotto sopra una tessera* (1780) p. 22 seq. aere expressit; Lazzari *raccolta Correr* p. 221.
Cortenovis legit CAESAR·DIVI·F·COS·II (potius quam COS·VI).

1075* forma ferrea similis Zuglii rep. a. 1778, deinde apud Lirutium, postea apud Minottum. Iam Venetiis in museo Correr.

TI·CAESAR·DIVI·AVG·F·AVGVSTVS·IMP·VII·P·M
Tiberii protome ad d.

Cortenovis l. c.; Grassi Carnia (1782) p. 63; Lazzari *racc. Correr* p. 222. Eadem inscriptio legitur in nummo argenteo cuso in Creta (Eckhel 6, 161; Cohen 1 p. 129).

1076* forma [Veronae mus. Verità, nunc civ.].

ADRIANVS AVGVSTVS

Venturi *guida* II p. V.

1077* forma [Veronae mus. Verità, nunc civ.].

NERO CLAVDIVS CAESAR AVG GERMANICVS

Venturi *guida* II p. V.

De formis his n. 1074*—1077* iudicium esto apud eos qui de re monetaria tractant; sed vix videntur posse recte defendi.

1078* Fistulas plumbeas adservatas in museo Vindobonensi cum plerasque ex urbe advectas esse constet, ita inter urbanas collocavi etiam duas quae in inventario musei Aquileienses esse dicuntur, scilicet quae inscripta est IMP·CAES·M·AVR·ANT·AVG·N·SVBCI || PITOLIN PROC OFFIC·FELIX·AVG·LIB·FEC (Henzen 6343) et ANTHVS·CAESARIS·F.

1079* glans plumbea Aquileiae rep. [Liverpool in mus. Iosephi Mayer].

CAESAR) (LEG II

Huebner descripsit.
Non contendo falsam esse; nego ad Aquileiam glandes reperiri.

1080* lamina plumbea Quartesanae in praedio nostro effossa a. 1719 BARUFF.

ab una parte:
C·GARGIL·

ab altera:
V·M·III

Baruffaldi mon. f. 51, ubi postea adscripta est. Inde Scalabrini inscr. n. 78.

1081* in vitro sculpto in anulo colligata. Ferrariae apud Scalabrinium.

c. martus l. marcio | cos. iii cens. imp. uii | substructionem | tabularium ex | operibus restaurauit

Scalabrini inscr. n. 24.

1082* Vasculi vitrei in urbe reperti inscriptionem L·AEMILI·BLASTI (Reines. 17, 177; Gud. ms. 382, 2, ind. p. LXXII; Orelli 473) Wagner in Mercurio Helvetico (ed. 2 Turici 1688) p. 105 collocavit Locarni; id quod reieci inscr. Helvet. 343, 12.

1083* Exagium aheneum scriptum habens ab una parte PETRONI | PROBI V C | ET ANICIE | PROBE C F, ab altera ANICIIS | OLYBI (sic) ET | PROBINI | VV CC a. 1652 Romae eques Cassianus a Puteo dono dedit Tomasino, qui Patavium transtulit (Ursatus 1652, 236 qui aere expressit; inde Mur. 729, 9 et Furlanettus p. 120 n. 113). Prior pars reperitur sine loci indicatione etiam inter Tergestina Anonymi Utinensis (v. p. 6 c. XII) n. 4 indeque apud Carlium 3 p. XLI, a quo pendent Vergottinus Pola p. 46 et Kandler inscr. n. 268.

1084* Exagium inscriptum ab una parte MENA || TIS | PREF, ab altera TIBE | RIANI | PROC (Ios. Bartoli *i miracoli* Taurinis 1768 p, 114. 117; Gazzera in actis Taur. 35, 10 tab. 2 f. 2) servatum in museo Taurinensi repertum est Algheri in Sardinia.

1085* Tessera gladiatoria Rufionis a. u. c. 694 (vol. 1 n. 728) adservata Veronae in mus. Verità antea, nunc in civico, venit eo sine dubio ex urbe.

1086* sub patera argentea rep. Quartesanae a. 1617 (sic ms.).

pris|cus

Baruffaldi mon. f. 40 postea adscripsit. Suspecta propter auctorem.